



**Ecclesiasticae Historiae, Et Dicta, Inprimis Memorabilia,  
Christi, Apostolorum, Martyrum, Confessorum, Doctorum,  
& hostium veteris Ecclesie: singulari iudicio, & pio studio,  
ex Eusebio Cæsariensi ...**

**Eusebius <Caesariensis>**

**Haer. Chr. Egen., 1571**

**VD16 E 4284**

23. Sanctus Diaconus Vienensis Galliae, cum horribiliter trucidaretur, &  
torqueretur, inquit:

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-69335](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-69335)

*Est melius contrà, mala qui sectantur, ab illis  
Ad bona mutatos posthabuisse mala.*

22. AD EVNDEM MINAN-  
tem ignes.

**I**gnem minare hunc, qui ad momenta in-  
cenditur, & paulò post extinguitur. Quia  
ignoras futuri iudicij ignem æternum,  
qui ad perpetuas pœnas præparatus est im-  
pijs.

*Talia vir sanctus constanti pectore dixit,  
Ignibus in sauis cum perimendus erat:  
Impie, quid flammis ignis minitare, Tyranne?  
Ignis hic efflagrat commoriturq; curo.  
Iudicij ignoras flammis ignemq; futuri,  
Omnes exuret qui sine fine malos.*

23. SANCTVS DIACONVS VIE-  
nensis Gallia, cum horribiliter tru-  
cidaretur, & torqueretur,  
inquit:

**N**ihil horribile est, vbi diligitur pater,  
& nihil doloris, vbi fides est Christi.  
Euseb. lib. 5. cap. 1.

*Christiadum hæc cœtus Vienenfis verba minister,  
Tormentis varijs excruciatu, ait:*

1. Terrorem expellit tristem dilectio patris,  
 2. Non dolor vllus ibi est, Christi vbi vera fides.  
 3. Omnia dura Dei perfert dilectio vera,  
 4. In q̄ malis sperat, aelica regna fides.

24. ATTALVS, CVM IN SELLA  
 ferrea, prunis subteriectis, torreretur,  
 voce magna ita ad plebem  
 exclamauit:

**E**Cce hoc est homines comedere, quod  
 vos facitis: quid à nobis velut occul-  
 tum facinus exquiritis, quod vos aper-  
 ta luce committitis? Nos enim neq̄ comedi-  
 mus homines, neq̄ quid mali egimus. Euseb.  
 lib. 5. cap. 3.

*Quis voret humanas, cōstat, cum sanguine carnes,  
 Ad populum in prunis Attalus vstus ait.  
 Quid velut occultum ex nobis inquiris & igne,  
 In claro facinus quod facis ipse die?  
 Non hominum carnes crudeles edimus vnquam,  
 Egimus & sceleris nil, pia turba, mali.  
 Humanas laniant carnes comedunt q̄ feroces,  
 Corpora qui exurunt excruciant q̄ pia.*

25. IDEM INTERROGATVS  
 quod nomen habeat Deus, Re-  
 spondit:

Qui